

iudex Paulus de Agatha

64

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Paulus de Agatha

64

1489-01-26

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
 Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo
 octuagesimonono. Regnante... Ferdinando Dei gratia
 Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum...
 eius anno tricesimoprimo,... mense Ianuarii, die
 vicesimosexto eiusdem, septime indictionis, Mathere.

Nos Paulus Agathus de dicta civitate,... per totum
 regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus
 iudex, Andreas de Passarellis de dicta civitate,...
 puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie citra
 farum regia auctoritate notarius, dominus Eustasius
 Risanus, dominus Franciscus Iohannis de Castellaneta,
 subdiaconus Nicolaus Iohannis Masaghye Albanensis
 et Iacobus Nicolai Grandi, testes... de affata civitate,...
 notum facimus... quod... constitutis... domino Matheo
 magistri Viti de Paradisio et donno Leonecto Stephani
 domni Bartholomei, de eadem civitate... et Antonio
 magistri Petri de Marasco de affata civitate,... prefati...
 dominus Matheus et dominus Leonectus... asseruerunt...
 quod cum ipsi... comuniter et pro indiviso haberent...
 porticum unum sive gripticellam ruynatam cum quodam
 loco ante ipsum porticum repletum terris, situm...
 in civitate Matere in Saxo Barisano, in pictagio
 ecclesie sancti Iohannis Bactiste, iuxta domum dotalem
 Iohannucii de la Crapara, iuxta ortum Francisci de
 Spinaczola, iuxta frontem ipsius portici;... et placuit
 eisdem... dictam gripticellam... cum predicto loco ante
 ipsam... locare et concedere imperpetuum.

† Signum crucis proprie manus mei subdiaconi Nicolai
 Iohannis Mosaghye Albanensis qui supra testis † Signum
 crucis proprie manus mei qui supra Giacomo di Nicola
 Grande testis inlicterati et scribere nescientis